

Restat ut officio sollemni publice renuntiemus doctores philosophiae artiumque liberalium magistros, qui rectore magnifico FERDINANDO ZIRKEL inde a primo die mensis Novembris anni MDCCCLXXXV usque ad diem ultimum mensis Octobris anni MDCCCLXXXVI creati sunt.

Honoris causa philosophiae doctor et artium liberalium magister rite creatus et renuntiatus est die XXII. mensis Decembris anni MDCCCLXXXV

RICARDUS IMMANUEL RICHTER,  
gymnasii regii Lipsiensis rector.

Semisaeculares suos honores ordo philosophorum gratulatus est viris clarissimis atque optime meritis:

die VIII. mensis Martii anni MDCCCLXXXVI

HERMANNO BONITZ,

regi Borussorum a consiliis regiminis intimis superioribus, academiarum Vindobonensis ac Berolinensis socio;

die IX. mensis Iunii anni MDCCCLXXXVI

CHRISTOPHORO FRIDERICO DE WALTHER,

imperatori Russiarum a consiliis intimis, bibliothecae Petropolitanae parti olim praefecto

Sequuntur nomina eorum qui rogatu suo explorata probataque dignitate doctores philosophiae et artium liberalium magistri creati sunt, secundum tempus creationis enumerata, adiectis titulis dissertationum inauguralium quibus ordini philosophorum doctrinam suam probaverunt.

Anno MDCCCLXXXV.

1. die 3. mensis Novembris THEODORUS SIEBS, Bremensis, tradita dissertatione admodum laudabili quae inscribitur: „Der Vocalismus der Stamm-